

Dominica tertia sermo. Oratio.

Beati qui audiunt verbum dei et custodiunt illud. Luc. xij.
 In verbis illis ordine prepostero tria tanguntur. Primus
 est perfectiois dispositio. Secundum dispositiois perfectio.
 Tercium est dispositio perfectiois consummatio. Primum innuitur in au-
 ditione verbi dei. quia audicio verbi dei disponit ad perfectionem. Secun-
 dum est in eiusdem audicionis custodia. quia qui custodit verbum dei
 perfectus est. Tercium est in beatitudinis expressione in qua est con-
 summata perfectio. Nota quod verbum dei est diligenter audiendum. quia
 utile est ad salutem. Primo siquidem per verbum dei cor aridum irrigatur.
 Secundo cor frigidum inflammatur. Tercio cor pauidum confortatur.
 Quarto cor mestum letificatur. Quinto cor sterile fecundatur. Sex-
 to cor erumnosum beatificatur. Primo per verbum dei cor aridum
 irrigatur. Deus. xxxij. Audite celi que loquar audiat terra verba
 oris mei concresecat in pluuia. id est ad instar pluuie doctrina mea fluat
 ut ros eloquii meum. Bene dicit ut pluuia. quia in estate quando plu-
 uia non est terra per aestum solis arefcit et dissoluitur et si modicus
 ventus insurgit partes terre disperguntur ad multa loca. Si autem plu-
 uia descendat ad terram irrigat eam et coaglutinat partes terre ne a
 vento dispergantur. Sic cor peccatoris quando non recipit pluuiam ver-
 bi dei arefcit et ad modicum ventum tentacionis ad multa vana disp-
 gitur. Si autem recepit pluuiam verbi dei irrigatur et deo vinitur et
 tentacionibus resistit. nuncque pluuia tam utiliter irrigauit terram sic
 verbum dei cor hominis. Ideo verbum dei comparatur fonti. Eccl. i.
pmo. Fons sapientie verbum dei in excelsis. Quicumque sentit aridi-
 tatem cordis currat ad fontem verbi dei ut irrigetur. Multorum cor-
 da cum audiunt verbum dei tantum irrigantur quod currunt riuuli aquarum
 per oculos Job. iij. Fons de domo domini egreditur et irri-
 gabit torrentem spinarum id est corda peccatorum. Secundo per ver-
 bum dei cor frigidum inflammatur. Jhe. zc. Nunquid non verba mea quasi ignis
 ardens dicit dominus. verbum dei dicitur ignis ardens. quia inflammat ad dilecti-
 onem dei et primum et illuminat ad cognitionem primum. ps. Lucerna pe-
 me. verbum tuum. id est consideracionibus meis et lucerna mea. super euangelicis. Ad
 istum ignem non vult peccator accedere. id est huius cor infrigidatum. vn Aug. super
Jo. loquens de festiuitate quam habuerunt iudei in hieme. dicit hiems
 erat et frigidi erant. quia ad illum diuinum ignem pigri erant accedere. O peccator

Quoniam vis manere in hieme torporis curre ad ignem diuini verbi ut
calefias et agilis ad bona opera fias. **p̄s.** Inflammatum est cor meum
et ream cor. i. quibus prius seruiui diabolo in superbia de cetero seruiam
christo in humilitate. **Jo**eo sequitur Ego ad nihilum redactus sum me
ipsum retinendo et nesciui supple viam peccati in qua prius ambulauim
Calor ignis solet prouocare sitim. sic si tu incalueris igne verbi dei sta
tim sities eterna. **p̄s.** Concaluit cor meum intra me et in me exar. **ig.**
Locutus sum in lingua mea. i. in oratione mea. **no.** fac mi. domine sine
meum. i. te ipsum qui es finis meum. ad quem tendo quem in via noscere non
possuimus nisi veniam illuc ubi videbo te facie ad faciem. **Tercio** per verbum
dei cor pauidum confortatur. **Matth. vii.** Qui audit verba mea et facit ea
assilatur viro sapienti qui edidit. domus sua supra petram et descendit pluuia
et venerunt flumina et flauerunt venti et irruerunt in domum illam et non
decidit fundata enim erat supra firmam petram. **Per** pluiam que facit
viam lubricam accipe tentacionem lubricae carnis. **p** flumina que sunt in
stabilia accipe tentacionem instabilis mundi. **per** ventum qui diuersis mo
dis flat accipe tentacionem diaboli qui diuersis modis tentat. **Si**
times tentacionem carnis audi libenter verbum dei et confortaberis
ad resistendum. ibi enim doceberis qualiter carnes domare debeas. **Col.**
iii. Mortificate membra vestra que sunt super terram. fornicacionem.
immundiciam. libidinem. concupiscenciam malam in quibus ambula
stis aliquando. modo deponite. **Si** times tentacionem mundi audi li
beret verbum dei et doceberis qualiter mundum vincere debeas.
p̄. Job. ii. Fortes estis et verbum dei in vobis manet et vicistis mali
gnum seculum mundi. **Nolite** diligere mundum neque ea que in mundo sunt
si quis diligit mundum non est caritas patris in eo. **Si** times tentacio
nem diaboli audi verbum dei et ibi doceberis qualiter ipsum vincere
debeas. **Ja. iii.** Deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam. sub
diti ergo estote deo resistite diabolo et fugiet a vobis. **Nis** vincere di
abolus. multum timere humilitatem. **Legitur** enim quod quedam puella ob
fessa erat ad quam cum quidam sanctus pater aduocatus fuisset puella mo
ta a diabolo occurrens dedit ei alapam cui sanctus ille humiliter pro
buit et aliam maxillam dicens. Ecce alia maxilla percutite eam si deo
placet. et dyabolus hoc audiens clamauit dicens. Humilitas tua
vicit me et sic dyabolus exiuit et puella liberata est. **habe** ergo humi
litem et vinces dyabolum. **Ihe. xx.** Dominus mecum est et cum bellator

fortis. **I**deo qui persequuntur me cadent et infirmi erunt. **Q**uarto per verbum dei cor mestum letificatur **Iheremie. xv.** factus est mihi verbum in gaudium et leticiam cordis mei quoniam inuocatum est nomen tuum super me domine deus exercituum. **O** peccator si vis statum tuum discutere utique turbaberis. quia tot peccata commisisti a deo tuo recessisti. diabolo te subdidisti. **S**ed qualiter consolaberis quis te letificabit. **a**udi verbum dei et consolaberis. si peccasti age penitentiam et audi verbum consolatorium. **Ezechiel. xviij.** In quacumque hora peccator ingemuerit omnium iniquitatum suarum non recedat amplius. **S**i a deo recessisti revertere ad deum et audi verbum consolatorium **Iheremie. iij.** Revertere ad me dicit dominus et ego suscipiam te. **S**i diabolo te subdidisti recede ab eo et audi verbum consolatorium **Iheremie. xvi.** Bellabunt aduersum te et non preualebunt. quia ego tecum sum ut saluem te et eruam te supple de potestate diaboli dicit dominus. **S**ic ergo cor mestum letificatur. **psal.** Letatus sum in his que dicta sunt mihi in domum domini ibimus. **Q**uinto per verbum dei cor sterile fecundatur. **ysa. lv.** Quomodo descendit ymber et nix de celo et illuc non reuertitur sed inebriat terram et infundit eam et germinare eam facit. sic erit verbum quod ex ore meo non reuertetur ad me vacuum sed faciet quicquid volui et prosperabitur in his ad que misit illud. **E**cce verbum dei comparatur ymbri id est pluuię descendenti in terram. **Q**uia ymber et nix disponunt eam ad fructum. **S**ed si terra repleta est lapidibus et plena est spinis et inculta est quatinusque pluit super eam fructificare non potest. **S**ic verbum dei disponit cor hominis ad fructum. **S**i autem cor fuerit repletum lapidibus peccatorum plenum spinis id est sollicitudinibus huius mundi que cor lacerant. **S**i fuerit incultum quod vomere contricionis non penetratum fructum facere non potest. **S**i vero terra bona est tunc fructificat ad descensum pluuię. sic cor bonum ad verbum dei. **Luce octauo.** Quod autem cecidit in terram bonam. hi sunt qui in corde bono et optimo audientes verbum dei retinent et fructus afferunt in paciencia. **Q**uid facis o peccator qui modo non fructificas ad verbum dei cum in die nouissimo veneris ante conspectum iudicis zizanijis oneratus viciorum et nullum habens fructum bonorum operum quid continget tibi. **C**erte illud quod dicitur **Mathei decimotercio.** **U**bi dicitur Quod sicut zizania colligentur

et igni comburentur. Sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos et colligent de regno eius omnia scandala. id est eos qui faciunt iniquitatem et mittent eos in furnum ignis ibi erit fletus et stridor dentium. tunc iusti scilicet qui verbum dei audierunt et fructum bonorum operum fecerunt fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. **Sexto** per verbum dei cor eternum suum beatificatur. **Apo. i.** Beatus qui legit et audit verba prophetie huius et seruat ea quae in ea scripta sunt. audi o populus qualiter per verbum dei beatificaberis quoniam audis et cogitas de statu huius mundi quanta ibi est vanitas quanta iniquitas quanta fraus et dolus tunc cor tuum deficiet per eternam et miseriam quae est in eo. **Ecc. ii.** Tunc dies hominis doloribus et erumis pleni sunt nec per noctem mente quiescit. Et cum audis verbum dei et dicitur quod mundus et omnia mundana malum finem habebunt et alia vita succedat in qua est eternitas caritas gaudium pax et omnia bona statim contemnis mundum et anhelas ad illam vitam et amore illius libenter facis omnia quae potes ut illuc pervenias et sic consolationem recipis et beatitudinem iam habes in spe quam postmodum habebis es in re. **Ioh. dicit.** propheta ad dominum. Memor esto verbi tui servo tuo. quod d. verbum tuum libenter audiui et ideo spem recepi per quam consolatus et spiritualiter vivificatus sum. verbum eius dei diligenter auditum et in opere custoditum pervenit ad vitam eternam in qua est nulla miseria sed beatitudo perfecta. **Ioh. vi.** Domine ad quem ibimus verba vite eterne habes. ad quam vitam nos perveniat qui sine fine vivit regnat Amen.

Feria sexta. post Octavam Simeonis.

Ihesus fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem. **Ioh. iij.** Duo bantur. Primum est assumptae defectibilitatis gravamen. Secundum est eiusdem gravaminis modicum sublevamen. primum ibi. Iesus fatigatus. secundum ibi. sedebat sic super fontem. pondera quod dicitur sic id est fatigatus sedebat. id est autem sedebat ut modicum quiesceret. **Nota** quod legitur Christus sedisse ad instar mendicis egentis. instar magistri docentis et instar regis regnantis et sedebat ad instar iudicis sententiantis. **Primo** dico quod sedebat ad instar mendicis egentis. **Jeremie. xv.** Solus sedebam quia amaritudine implevisti me. Mendicis debiles non possunt alios mendicos sequi. sed soli vadunt et cum veniunt ad locum ubi medicare volunt sedent ad hostium prelassitudinem. Sic Christus solus sedebat super fontem fatigatus ex itinere discipu-